



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Maria dicitur stella propter quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Maria dicitur stella propter
quatuor.*

Drimo, quia cum magna esset
ad modum stellæ modica appare-
bat per humilitatem. Secundo, **Luc. I.**
quia sicut stella de nocte lucet, sic
beata virgo lucet his, qui sunt in tene-
bris peccatorum. Tertio, quia nau-
fragantes huius mundi ad portum sa-
lutis dirigit. Vnde ipsa dicit. **Eccle-**
siaisticus. In me omnis spes uitæ & vir-
tutis, &c. Quarto, quia admodum
stellæ radios ex se profert, sicut bo-
norum exemplorum, qui sunt sex.
Primus radius est amor solitudinis,
qui habetur ex hoc verbo. **Luc. I.** In-
gressus Angelus ad eam dixit. Ave gra-
ua plena dominus tecum. Non es so-
la, sed dominus tecum. Secundus est,
erubescens, quæ insinuat cum di-
citur. Turbata est. Vnde Angelus di-
xit ei. Ne timeas Maria, &c. **Bernard.**
Solent uirgines semper esse pauidæ,
& ut caueant timenda etiam tuta
pertimescere. Tertius est, modestia
sermonis, ibi, cogitabat qualis esset
ista salutatio. Quartus est amor casti-
tatis, ibi, Quomodo fiet istud quo-
niam virum non cognosco, id est me.

CHRISTIANA

cognituram proposui? Ideo dixit ei Angelus. Benedicta tu inter mulieres, id est super omnes mulieres. Omnes enim aliae mulieres maledictæ fuerunt in matre sua Eua. Gen. 3. Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore panes filios, & subiuri potestate eris, et ipse dominus tui, &c. Sed tu sola in mulieribus benedicta. Quintus est humilitas. ibi, Ecce ancilla domini. Hieronymus. Dixit est ab Angelo gratia plena, et sic uacuos replet. Sextus est, obedientia, ibi. Fiat mihi secundum verbum tuum.

Gene. 3.

Luc. 1.

Mariam salutare debemus propter quatuor.

Primo, quia per eam salutem inuenimus. Secundo quia ab ea multa beneficia accepimus, quicquid premium nostræ redemptionis. **I. Cor. 6** Vnde Paulus. Empti enim estis prelio magno, &c. Medicamentum nostræ exortationis. Premium nostræ **Ecc. 38** retributionis. **Gen. 15** Gen. Ego ero merces magna tua nimis. Tertio propter Angelii exemplum. Si uis virginem salvare, oportet te esse Angelum. Requirere in litera N. & C. Quarto propter